

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Conuersacio s  
cum fontibus primis

Quod enim inordinati motus corporis  
dissolucionem indicent mentis,

probatur testimonio Salomonis

qui dicit: Homo apostata, uir inutilis,  
graditur ore peruerso, annuit oculis,  
terit pede, digito loquitur,  
prauo corde machinatur malum,  
et in omni tempore iurgia seminat,  
quia cum mens interius a custodia sua soluitur,  
membra foris ad omnem actum  
inordinate commouentur.

Et uelut corpus paralytici motum quidem habet,  
sed officia membrorum in suis actionibus  
seruare non ualet.

Hugo de disciplina monachorum.

Nam quod inordinati motus corporis,  
corruptionem et dissolutionem indicent mentis  
superius jam demonstratum est;  
ubi Salomonis testimonio virum apostatam exterioribus  
indiciis auersionem animi sui promentem ostendimus.  
Ait enim: Homo apostata, uir inutilis,  
graditur ore peruerso, annuit oculis,  
terit pede, digito loquitur (Prov. VI),

←

quia uidelicet cum mens interius a custodia sui soluitur,  
membra foris ad omnem actum inordinate  
commouentur.

Et uelut corpus paralytici modum quidem habet,  
sed officia membrorum in suis actionibus  
seruare non ualet,

sic iste impatientia quidem et fluctuatione mentis  
ad quaelibet praeceptum impellitur, sed in omnibus  
quae agit nullo rationis moderamine gubernatur.

Hugo de sancto Victore, *De institutione nouitiorum*, 12  
(PL 176, col.938B-C).

→

Prauo corde machinatur malum  
et in omni tempore iurgia seminat  
(Prou. 6:14).